

157

1  
9

1940

OSTOI

X175

511

94



1080021489

LITER PARA TUTVUM

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria

*EXCERPTA*

EX LIBRO CUI TITULUS:

**HOMO APOSTOLICUS**

INSTRUCTUS IN SUA VOCATIONE

AD AUDIENDAS CONFESSIONES,

AUCTORE,

**B. ALPHONSO MARIA DE LIGORIO;**

SEU SENSA EJUSDEM.



SUPERIORUM FACULTATE.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN

Biblioteca Vaiverte y Tellez

MÉXICO.

Ex Typographia Melchioris Vetus.  
MEXICO  
JAN. 1840.

MDCCXLIX.

45951

BX1752  
L51

MEXICO ATCH

## EXCEPTEA DE LIBRERIA



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

18834

## LICENCIA DEL ORDINARIO.

México, Mayo 1.<sup>o</sup> de 1849.

Visto el parecer del Dr. D. Manuel Icaza, concedemos licencia para la reimpresión del compendio, titulado: *Excerpta ex libro cui titulus: Homo Apostolicus instructus in sua vocatione, auctore B. Alphonso Maria de Ligorio*; bajó la calidad de que no se dará á luz sin que se haga el correspondiente cotejo.

Lo decretó y firmó el Sr. Vicario Capitular.

—M. Barrientos.—Dr. José María Cobarruvias, Secretario.

009469

CUM ex decretis Apostolicis in causa  
Beatificationis ALPHONSI MARIAE DE LIGO-  
RIO editis, constet in ejus doctrina nihil cen-  
sura dignum fuisse repertum, eumque  
hanc suam doctrinam in praxim deducen-  
do inter Sanctos fuisse annumeratum, sco-  
pus Editoris hujus libelli fuit sensa ejus-  
dem Beati circa quæstiones majoris mo-  
menti paucis verbis exprimere, ut ea Sa-  
cerdotes sèpius legere possint, et, si opus sit,  
in ipso pænitentiaë Tribunali ad memo-  
riam revocare.

IN FESTO

B. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO  
ORATIO.

---

DEUS qui per B. ALPHONSUM confessorem  
tuum, atque pontificem animarum zelo suc-  
censem Ecclesiam tuam nova prole fecunda-  
ti, quæsumus ut ejus salutaribus monitis edoc-  
ti et exemplis roborati, ad te pervenire felici-  
ter valeamus. Per Dominum etc.

## QUÆDAM RATIONES

EX AUCTORE HUJUS LIBELLI

QUIBUS PRÆFERENDA VIDETUR

THEOLOGIA MORALIS

B. LIGORII.

---

I. *Ligorius, cum ex scriptoribus Theologie moralis sit postremus, anteriorum omnium doctrina et eruditione usus est.*

II. *Cum cæteros legisset, eorumque rationes hinc et inde æqua lance ponderasset; precibus suis atque virtutibus a Sede Romana probatis, eam celestem scientiam consequutus est, qua scriptores omnes donati non fuerunt.*

III. *Theologie moralis principes, eorumque opiniones singulatim producit: ejusque opus illorum compendium est.*

IV. *Non typis mandavit scripta, nisi postquam per triginta annos desudasset in ministeriis prædicationis et confessionis: Inauditum facimus in cæteris scriptoribus.*

V. *Celebriores, mirabilioresque peccatorum conversiones fructus opimi fuerunt ejus ministerii.*

*VI. In sua conscribenda Theologia, nullo systemate sive nationali, sive provinciali ligatur.—Sola doctrina Sanctæ Romanae Ecclesiæ scopus ejus fuit; cujus definitiones circa doctrinam morum religiose transcritbit, quæ passim ab aliis scriptoribus omittuntur.—Eos potissimum refutare contendit, qui saniora morum principia pervertere conati sunt, Jansenistas scilicet, eorumque proscripta systemata; atque priores Ecclesiæ regulas, quas ad amussim sequebantur omnium sacerdorum pii æque ac sancti viri, ad praxim deducere satagebat.*

*VII. Purus oculo, et simplex corde, nec quæstum temporalem, nec vanam nominis gloriam, nec plausus hominum perquirebat.*

*VIII. Maximi ejus doctrina morum estimatur ab iis, qui et odore virtutum, et zelo pollent salutis animarum.*

*IX. In Beatorum numero est relatus illum Theologiam docens, et ducens in praxim. {Poterine ergo damnari, qui ejus vestigia sequatur?*

*X. Ex sanctis viris, qui de morali Theologia tractarunt, nullus sicuti Ligorius eam profunde explicavit.*

*XI. Roma, post iteratum religiosissimum examen, declaravit: in ejus doctrina nihil censura dignum.*

*XII. In solo Ligorio Theologie moralis scriptore, tot et tanta dotes reperiuntur.*

## **EXCERPTA**

**EX LIBRÒ CUI TITULUS:**

## **HOMO APOSTOLICUS,**

AUCTORE

**BEATO ALPH. M. DE LIGORIO;**

SEU SENSA EJUSDEM.

### **DE LEGIBUS.**

1. **CONTEMPTUS** legis, ut sit mortal is debet esse formalis, qui tunc est, cum aliquis ideo transgreditur legem, quia lex est, et illi non vult subjacere.
2. Lex mixta videtur obligare ad penam, et culparam.
3. Lex humana obligat cum gravi incommodo, si hoc postulat bonum publicum, vel si transgressio redundaret in contemptum fidei.
4. Lex humana videtur tollere naturalem obligacionem, v. g. in contractibus et testamentis initis sine solemnitatibus, in debitis filiorum familias, et tunc non adest obligatio solvendi.
5. Possunt apponi impedimenta extrahentia ab obli-